
N. P. Galthen.

de apris supracœlestibus.


Hafn.: 1693.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

1,-66.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00796 4

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

DIVISIO AQVARUM
Sive
Diſſertatiuncula
De
AQVIS SUPRA-COELESTIBUS
Qvam
Qvod Deus bene vertat
Suffragante utrâq; Ampliſſimâ Theologicâ & Philoſophicâ Facultate
Contra placidos & Candidè Philoſophantes Antagoniſtas
In publico certamine tueri conabitur
NICOLAUS PETRI GALTHENIUS
Defendentis partes agente
Lectiſſimô & ingenioſiſſimo Viro Juvene
PETRÔ ARNOLDI FALENCAMP,
In Æde Regentziana die 7. Octobr: horis poſt meridiem conſtitutis
Pro Stipendio Scheeliano.

HAFNIÆ,
Typis Viduæ B: CHRISTIANI WERINGII Acad: Typogr:
Anno MDCXCIII.

1,-66

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

APPROBATIONES
Utriusq; Facultatis.

I.
THEOLOGICÆ:

Vide & approbari d. 28. Septembr: 1693.

JOH. WANDALINUS D.

2.
PHILOSOPHICÆ:

Ita & ego, nomine Philoſophicæ Facultatis d, 30. Sept: 1693.

C. BARTHOLIN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

VIRO
Plurimùm venerando Ampliſſ: Excellentiſſimo
Dno: D. JOHANNI BRAEM
Diœceſeos Arhuſienſis Epiſcopo vigilantiſſimo
& Capituli ejusdem loci Præſidi graviſſimo
VIRO
Nobiliſſimo Ampliſſ: & celeberrimo
JOHANNI BARTHOLINO
In Regia Academia Hafnienſi Linguæ Sanctæ Profeſſori
Facultati Theologicæ Adjuncto meritiſſimo,
nec non
Regiæ Communitatis Præpoſito digniſſimo.
VIRO
Plurimùm reverendo, Clariſſimo & Doctiſſimo
Mag: PETRO CARSTANI SEHUUS
Scholæ Patriæ Randruſienſis Rectori meritiſſimo
vigilantiſſimo,
VIRO
Plurimum reverendo & Doctiſſimo
Dno PETRO NICOLAI GALTHE-
NIO
Eccleſiarum Galthen, Viſſing & Hadberg Paſtori digniſſimo
& Nomarchiæ Galthenienſis Præpoſito meritiſſimo.
VIRO
Reverendo, omniq; eruditionis laude conſpicuo
Dno ANDREÆ ANDREÆ WINDING
Eccleſiarum Haslum & Ølſt Cimbrorum Paſtori fideliſſimo,
Mœcenatibus Patronis Patri & Avunculo ætatem venerandis & piè ſuſpiciendis eâ quâ par eſt gratæ mentis obſervantiâ ſe cum ſuis hicſe primitiis devovet dicat conſecrat,

Humillimus cultor & cliens & filius obſeqventiſſimus
NICOLAUS PETRI GALTHENIUS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

VIRO
Plurimùm venerabili; Nobiliſſimo, Excellentiſſimo
D. HENRICO GERNERO
Territorii Viburgenſis Epiſcopo Eminentiſſimo
nec non
Capituli qvod ibidem habetur Præſidi graviſſimo
Mœcenati & Evergetæ ad veneres colendo.

VIRO
Nobiliſſimo, Ampliſſimo & celeberrimo
JOHANNI BARTHOLINO
Lingvæ divinæ Profeſſori Regio,
Facultati Theologicæ adjuncto meritiſſimi,
Regiæ communitatis Præpoſito digniſſimo,
Patrono & Præceptori æqvîs cum vitæ paſſibûs ſuſpiciènde.

VIRO
Admodùm reverendo atq; Clariſſimo
Mag: JANO REENBERG
Scholæ, qvæ Viburgi habetur. cathedralis Rectori meritiſſimo,
Capituli ejusdem loci Canonico,
Fautori adjutori æternùm venerando.
ut &

VIRO
Clariſſimo omniq; eruditione politiſſimo
NICOLAO SCHEVIO
Slholæ ejusdem Conrectori digniſſimo.
Patrono æſtimatiſſimo & ætatem venerando.

Has inculti ingenii primitias in grati pectoris & memoris animi τεκμήριον *devotè offert*
Humillimus Cliens, Cultor & Diſcipulus
PETRUS ARNOLDI FALENCAM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

Juva Jova!

Πεϱαύλιον.

Lumine Solis, qvæ in cœlo ſtellato conſpiciuntur, ſidera vel illuſtrantur vel obſcurantur; *Lumine Scripturæ* qvæ in orbe literato excoluntur ſcientiæ vel approbantur vel improbantur: tenebricoſus foret ſine ſole mundus, ſed cœca ſine Scriptura Philoſophia. Hinc nemini mirum videbitur gentiles cœtera magni nominis Philoſophos ſolô naturæ lumine gaudentes & Scripturæ qvaſi alterô oculô orbatos in συλλογισμοῖς ſuis toties hallucinatos & fruſtra fuiſſe. Tacemus hic octo illos eosq́; graviſſimos *Platonis Philoſophorum facilè principis* errores, a qvibus recenſendis animus ferè abhorret, nihil dicendum, qvantum in ſua Philoſophia deliraverit *Ariſtoteles, in cujus tamen ingenio natura qvid poſſit experta eſt teſtè & Encomiaſte Averrhoë* Aſſeqvuti ſunt illi ipſi qvidem acutô ſuô ingeniô plurima, plura verò tam obſcurè & ambiguè, ut commentantium *Græcorum Latinorum* aliorumq́; in iis explicandis ſæpe fruſtra deſudaverit induſtria. Qvæ cùm ita ſint, ex Sacris literis lucem ſcientiæ qvotqvot numerantur & diſciplinæ mutuentur fas eſt, qvid? qvòd neceſſe. Nec eſt qvòd ſuſpicetur nedum objiciat qvis ſcientiarum nullum in ſacris apparere veſtigium, præterqvam enim qvòd qvælibet diſciplina ex ſuo depromi libro poſſit, (*qvod tamen declarare meum hic non eſt*) qvàm damnat Sophiſticam Scriptura qvamq́;

Logica argumentatione uti docet, *teſtante mecum Auguſtino lib. 2. de doct: Chr: c. 31.*? Matheſin ex numeris petitam ex eadem erui poſſe tradit *idem libr: 3. de Ch: doct: c. 35.* Et qvid certius Geometriæ indicium & exemplar clarius, qvàm ſtructura Tabernaculi, & Templi Salomonis, nec non menſura ædificii illius Ezechielici, ut plura hic non accummulem? Qvantum verò Sacris literis qvippe primam Φύσεως conſtitutionem deſcribentibus *Phyſica* debeat, nemo ſanæ mentis niſi literarum ſacrarum omnino expers ignorat. Operoſæ enim forent & qvæ Φιλομάθεσι non parum faceſſerent negotii, qvam plurimæ, qvæ in Philoſophia naturali ventilantur qvæſtiones, niſi Sacra Scriptura ſuppetias occurreret, *qvæ omnî jure ſupremus controverſiarum cluet Judex.* Atq; ut ex ungve, qvod ajunt, Leonem cognoſcamus & ad propoſitum deveniamus, perardua foret & ſolutu difficilis illa de *aqvis ſupra expanſum ſitis* qvæſtio, niſi ſi ſacer Codex nobis prævius eſſet illas ſolus detegens & deſcribens. Absq; enim illo eſſet, de his & id genus aliis ceu cœco de coloribus loqvendum nobis eſſet. Ideoq; tantùm abeſt, ut ab earum acuratiore tractatione, illa qvæ intercedet diſtantia (*qvoniam res cœleſtes* (nedum ſupra cœleſtes) *propter nimiam diſtantiam,(verba ſunt Philoſophi) exploratè tractari neqveunt)* nos abſterreat, ut potiùs, ſicut beneficio *Teloſcopii* multa antiqvioribus ignota in cœlo obſervata ſunt; ita nos ope qvoq; *Scripturæ ut lucernæ candentis* ſi qvæſtionem de illis aqvis, ſub in qviſitonis incudem revocemus operæ prætium facturos ſperemus, *ſiqvidem obſcuris in ſcriptura occurentibus exerceamur* juxta mentem Divi Auguſtini, nobisq; amplum diſſerendi campum aperiant: verè enim canit Poëta Libr: 6. Faſt:

Felices animæ qvibus hæc cognoſcere primis
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fnit.

Ide-

Ideoq; probaturi *Aqvarum ſupracœleſtium exiſtentiam*,&
declaraturi *eſſentiam* tractatum duobûs abſolvemus proble
matibûs oſtendendo I. Qvod revera exiſtant II. qvid revera
ſint. Id qvod enodare conabimur uſi rationibus partim
apodicticis, partim *dialecticis*. Dignetur interea ſupremum
fovere Numen, dignentur candidi favere Lecturi, ut
omnia cedant *Feliciter*.

Problema Primum.

TRitum & veritate communitum eſt Philoſophorum axima: *non enti nulla competit affectio*; & ubi nullum datur ſubjectum, ibi nec locum inveniet prædicatum. Qvapropter haud ex re fuerit, qvò melius demonſtari posſit *aqvarum ſupracœleſtium qvalitas aut qvidditas*, ſi priùs firmîs & ſolidîs argumentis ſtabilita fuerit earundem *realis exiſtentia*, qvam tamen nemo Chriſtianus negabit, nedum impugnabit, luculentô ſatis Scripturæ Teſtimoniô convictus. Militat enim pro nobis ſacer codex ita ut qvi earum negaverit *exiſtentiam*, ſuam ſcripturæ Sacræ & Spiritui Sancto denegaverit *auctoritatem*, cùm tamen illas tanqvam ficticias & cerebelli commentum rideat Calvinianorum Anteſignanus ipſe *Calvinus Comm: ſuo in Gen*: Satis piè verò & eleganter Auguſtinus: *qvomodo, inqvit, & qvales libet ibi ſint aqvæ, eas ibi eſſe minimè dubitemus libr: 2 de Gen*: At multi tamen in dubium vocant, an dentur *aqvæ ſupracœleſtes*, qvà tales, ſc: ſupra *expanſum* ſeu *firmamentum* locatæ, qvod apertîs, verbîs, qvæ ſuà nemo defraudare debet fide, ſcriptor iſte θεόπνευστος teſtatur. Hic enim ſuum locum habet illud: *literæ inhærendum niſi in abſurdum aliqvod Theologicum impingat*, ſiqvidem ſatis firma argumenta & demonſtrationes ſenſus literalis ſuppeditat, Primum itaq; palmarium & a-

 pod-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

podicticum argumentum fuit *Sacræ Scripturæ auctoritas* ad probandam aqvarum ſupracæleſtium *exiſtentiam*: præterea verò ad illam fuſiûs declarandam non parum conducit, ut ὡς ἐν παρόδω expendamus, qvid *Moſes* itellectnm voluerit, per illud רקיע ubi enim hoc tanqvam principium enucleatum & expoſitum. & tanqvam fundamentum ſubſtratum fuerit, nullò negotiò qvicqvid de ea re vel *controvertitur & ventilatur*, vel a variis ἑρμηνεύταις variè *obvertitur*, ſolvi & conciliari poteſt. Hujus qvippe vocîs vel notionis ψευδερμηνεία plurimis ſententiarum divortiis, eorumq; non paucis erroneis feneſtram aperuit & patefecit. Accingimur itaq; ad ejus expoſitionem, & uberiorem tractationem, ubi nos moratur primò ejus ὀνοματολογία tractans vocis verum ἔτυμον & *derivationem* ejusdemq; genuinum *uſum* & *ſignificationem*, & qvæ inprimis hujus loci eſt: deinde ad πραγματολογίαν acceſſum facientes examinatîs variîs expoſitionibûs, ſpuriisq; rejectîs *veram & analogiæ Scripturæ conformem eligemus*. 1. α. Ὀνοματολογίας primam partem nempe vocis *Originem* qvod attinet, juxta plerorumq; conſenſum & ſententiam radicem habet רקע, ut ut autem in radicê ejus ſtatuenda pleriq; conſentiunt, in eo tamen non pauci diſſentiunt an ex *forma* Kal an verô ex Piel deſcendat, illarum enim differentiam circa hanc vocem accuratè obſervavit & notavit *Lippomannus in Caten: in Gen:* qvod ſc: vocis רקע propria & genuina ſignificatio in Kal ſit *percutere & contundere* qvòcunq; demum modô fiat, ut exempli locô adducitur Ez. c. 6. v. 11. vel etiam *cudendo extendere*; qvandò verò ad formam *Piel* flectatur ſignificat & *firmare* & *extendere* ſeu *diffundere*, vel ut metalla aurum argentum & id genus alia qvæ liqvefacta funduntur vel ut aliæ fluidæ & raræ res qvæ in latum diſtenduntur vel deniq; eô modô qvô aulæa expanduntur, qvæ qvidem ſignificata apprimè in hunc locum qvadrant,

ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

ut infra monſtrabitur. Nec verò hic *omittendum*, ſed bene *notandum*, hanc vocèm qvando in Kal uſurpatur & firmare ſignificat, de terræ creatione inprimis & propriè eſſe accipiendam ubi verò de cœli creatione mentio injicitur, ex forma *Piel*, eam deſcendere, de cujus ſignificatione jam ſupra egimus. Ex his notatis obſervatu difficile non erit ex qva forma oriatur, nimirum Piel, non enim hic curamus aliorum etymologias, qvippe qvæ potiùs *alluſiones* ſunt, qvàm veræ *derivationes*. Inſuper varii interpretes variè vertunt, dum LXXII *viralis* plerumq; reddit Per στερέωμα cujus rei cauſam Euſebius reddit l: 1. præp. Evang: *dum dicit Moſen vocâſſe cœlum* στερέωμα, τὸ γὰρ σῶμα φύσει στερεόν. Grotius τὸ πάστις ſubſtituit, ut videre eſt in *Crit Sacr: Variorum* qvam etiam vocem ad hibet Plato in *Timæo*. In Vulgata verſione vox *Firmamenti* uſur patur. Accuratè ſatis verò Danicus noſter per *expanſum firmamentum* exponit, qvippe qvod vim vocis planè & omnino exprimit. β Hæc fuere de vocis *derivatione*, itaq; ad alteram ὀνοματολογίας partem, ubi deſpiciendum, qvænam vocis *ſignificationes* ſint. Multoties in Sacris vox רקיע occurrit, &, qvod obſervatum eſt ferè *undecies*, ubiqve eandem ferè ſignificationem obtinens nempe *qvod indigitet cœlum a Deo expanſum interq; aqvas ſuperiores & inferiores poſitum*, niſi, qvod ſicut cœlum pro *aëre* non rarò a Sacris Scriptoribus adhibitum eſt, eandem etiam ſubinde recipiat ſignificationem. Qvando enim ab Ezechiele c. *1*, v. 22. uſurpatur, non *propriâ* & *nativâ* gaudet ſignificatione, ſed *translatâ* potiûs & *Metaphoricâ* propter ſimilitudinem qvum eô locô propriè ſignificat *laminam auream rotundam qvales circa capita ſanctorum pingere ſolent Pictores, & vulgo dicuntur diademata*, ut notat Bolduc: in c. 37. Job: Hujus itaq; loci ea eſt ſignificatio, qvam uſitatisſimè habet, & optimè cûm ejus *Etymologia* coindit, de qva ſupra, ſive enim denominatio & Metaphora deſumpta ſit a *metallis*, commo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

dè ad firmamentum applicari poteſt, ſuffragante huic ſententiæ Job: 37. v. 18. ſive ex *rebus fluidis & raris*, naturam denominati exprimere nihil melius potuit, qvum *fluidam* materiam agnoſcat, & tamen *ſoliditatis* induerit naturam ſive deniq; ex *aulæis* & *tentoriis*; qvorum inſtar cœlum extenſum eſſe *Pſaltes Regius canit* Pſ: 104. v. 2., alienum minus foret. De vera itaq; *ſignificatione* fuſius in ſeqventibus. II. Πραγματολογίαν ut aggrediamur, varii variè ſentiunt, qvot enim ſunt *interpretes*, tot fere numerantur *interpretationes*, qvarum præcipuas inſpicere & ad Scripturæ trutinam rationisq; normam examinare placet. Et primò qvidem non deſunt, qvi ſupponunt elementem illud qvod *aërem* vocamus eſſe illud firmamentum cujus creationem Moſes memorat, qvos inter etiam *Ambroſius* fuit hanc reddens rationem, qvod aër invalidus ſit & *remiſſus* ſed divina virtute *firmatus*. l. 2. hex. c. 4. Non verò ſatis attendunt ſententiæ hujus Autores aerem nec ita eſſe condenſatum & ſolidum nec eô modô extenſum qvô cœlum, & qvod magis eſt qvâ ratione dici illud firmum poſſet qvod *habet proprias particulas fluidas & maximè ſubtiles*, qvas celeberr: Bartholinus in Summ: Phil: Natur: aeri attribuit & adſcribit. Objectiones autem illorum facile diluuntur & refutantur: ita nulla eſt conſeqventia, qvod qvia de *aeris* creatione nulla fiat mentio, neceſſariò per *firmamentum* debeat intelligi *aër* ſi enim illa ſeqvela valeret, æqvè bene *ignis* pro firmamento haberetur, cujus nec creatio expreſſè & qvoad totidem verba legitur. Nec ferè plus eſt momenti aut difficultatis parit altera inſtantia, nimirum, *qvòd cœlum, qvod firmamenti nomine venit, primà die ſit creatum*, qvum ibi non deſcribitur opus aliqvod peculiare, ſed tota illa prima periodus generalis eſt ſententia complexa illud, qvod totô deinde capite narratur, nec cœlum ibi creatum dicitur *formaliter*, ſed tantum *materialiter*. Altera aliorum ſententia cum ſuperiore, partim *conſentit*, partim *diſſentit*.

con-

coñvenit in eo qvod *aerem firmantum* ſtatuat; *diſcrepat* dum præter *aerem* adjungit *qvcqvid eſt ſupra nos*, qvod diſterminat inter aqvas inferiores ut ſunt *fluviales*, *marinæ fontanæ* &c. & *nubes* qvas pro ſuperioribus habent. Sed nec ſuò hæc ſententia talo ſtare poteſt ita enim qvando cœlum ſerenum eſſet nullisq; obſcuratum nubibus, non amplius exiſteret *firmamentum* ſeu intermedium qvoddam, qvum non amplius esſent aqvæ *ſupra* illud. Accedit qvòd aeri & reliqvis qvæ ſupra nos ſunt *firmamenti* ſ. ſolidi nomen jure injuſtô tribuatur, qvod ſoli *cælo* competit juxta epitheton Homeri, qvi illud χάλκεον & σιδήρειον vocat, cujus etiam ſoliditatem Plato & Ariſtoteles aſſeruere idq́; adeô ut nec *diviſionem* nec *diſtractionem* recipere ullam poſſit, unde ea etiam orta eſt eorundem concluſio *aſtra neceſſariô ferri cum ſuis orbibus uniformî motu*. Hac de re acute admodum & pro more ſuo accuratè celeberrimus noſter νῦν ἐν ἁγίοις Noldius in Annotation: & vindic: Concord: Part: ad eundem: locum: *Dicitur*, inqvit, *cælum firmamentum non qvà materiæ rigorem ſeu duritiem ita enim non foret aſtris pervium, ſed qva locum & cohærentiam, qvod nec mutet ſtationem, qvâ inter aqvas eſt interſitum nec amittit ex illis lucis partibus ex qvibus ſemel fuerat coagmentatum:* Inſuper qvoniam tres a *Phyſiologis conſtituantur* aëris Partes, *ſuprema media & infima*, ne nihil addidiſſe videantur *Rupertus*, *Eugubinus* aliiq; firmamentum ſtatuunt eſſe mediam aëris regionem, ſed cum ſuperioribus qvoniam conicidit unâ fideliâ duos credimus dealbatos eſſe parietes. Reſtat jam ultima interpretum & qvidem rectiùs ſentientium ſententia, qvæ tamen bimembris, ſiqvidem eorum alii ſtatuant illud רקיע præcicè eſſe *octavam ſpæram*, alii non *octavam* modo ſed & *reliqvos orbes cæleſtes*, ſeu *totum cæli ſyſtema*. *Prima* ſententia ut a veritate non tam aliena, in eo tamen exceptionem admittit qvod ſola octava ſpæra determinetur, cum tamen duo majora *Luminaria Sol* in qvarta &

Lunæ

luna in prima ſpæra poſita in firmamento ſ: expanſo ſita dicuntur, qvamvis non ergo ſpærarum *realitatem* ſtatuam. cum Lutherus illarum numerum ab hominibus excogitatum aſſerit *in opere Sec: diei:*, qvare non tam *ſphæræ* conſtituendæ principia eſſendi qvâm cognoſcendi, propter noſtrum captum inventæ illiq; accomodatæ. *Alteram* verò & *ultimam* ſententiam *noſtrates & Ortodoxi pleriq́s* ſuam faciunt, præcipuè Scripturæ verbis adducti, qvoniam *major eſt Scripturæ hujus auctoritas, qvàm omnis ingenii humani capacitas* dicit Aug: l: 2 de Gen: Huic ſententiæ qvod per illud *firmamentum expanſum* ſ: רקיע debeant intelligi *omnes orbes cæleſtes*, ſiqvidem expreſſa Moſis verba teſtantur רקיע dictum eſſe cælum non verò qvatenus pro aëre ſumitur, qvod fit δευτέρως non verò *ſtrictè & propriè* loqvendo ut *dicit beatus Nold: loc: antea citato*, huic inqvam ſententiæ ſuffragautur ex Ebræis *R. Gerſonites* prætereaq; *Vatablus Mercerus*, aliiq; non infimi commatos viri. De materia firmamenti ſolicitè inqvirere a ratione propoſiti alienum eſt Joſ: l. 1 Ant: c: 1. dicit fuiſſe *qvaſi glacies compactum.* Non ita male Beda in Hexaem *in medio aqvarum firmatum eſſe cœlum conſtat, neq́ aliqvid prohibet, quin de aqvis factum eſſe credatur:* qvæ enim *cryſtallini lapidis* tanta firmitas, qvæ perſpicuitas & puritas novimus, qvem de aqvarum concretione procreatum eſſe certum eſt: nos concludimus cum *famigeratisſimo Mathematico* Tychone Brahe, qvi qvidem: *Ego*, inqvit, *cœlum qvidem non e dura imperviaq́ materia in formam membranarum lucidarum extenſâ conſtare, velut hactanus etiam a præcipuis Philoſophis creditum eſt, vel ex ipſis Cometarum motibus edoctus ſum, Aëreum tamen aut ullius Elementaris naturæ particeps eſſe, neqvaqvam admiſero.* Anteqvam verò digredimur, qvid *Ebræi* ne ἀσύμβολοι ſint, hinc inferant videbimus, nimirum qvòd concludant tantam eſſe diſtantiam *aqvarum ſupracœleſtium* a firmamento, qvanta *terreſtrium* ab eodem

uti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

uti etiam *R. Salomon* obſervat dici מעל non, על, qvorum eandem ſtatuit differentiam atq; latinorum ſuper & ſupra, qvorum *illud* loci cum locato *contiguitatem, hoc diſtantiam* rei ad rem ſignificat ſed præterqvam qvod non ſit eratione termini ut immediatè ea attingat qvæ terminat & dividit qvis *malus Genius* ipſis hoc revelavit? non inſcite qværit Valt: in ſpong: Moſa: Sed juſtô forſan & opinione diutius his immorati ſumus. Cum jam ſatis nos declarâſſe & eviciſſe exiſtimamus per *firmamentum ſ: expanſum* intelligi debere juxta analogiam Scripturæ cœlum ſtellatum ſ: orbes cœleſtes conjunctim ſumptos, neceſſaria erit conſeqventia, qvæ non poteſt non inferri *aqvas ſupra cœleſtes* revera dari, hôc enim poſitô illud omnino ponitur & hôc admiſſô *principio*, admittenda etiam eſt *ſeqvela*, qvare exinde ſolidum & invictum argumentum conficere facillimum erit hâc formâ incluſum:

Qvicqvid per רקיע ſ: expanſum intelligitur, illud ſupra ſe habet aqvas

Atqvi cœlum ſ: orbes cœleſtes intelliguntur, per expanſum

Ergò cœlum ſ: orbes cœleſtes ſupra ſe habent aqvas.

Major probatione non indiget, qvum propoſitio ſit Scripturæ & tam firma ut *exceptionem* nedum *contradictionem* non admittat. De minore verò jam jam controverſia fuit, qvæ ſatis ex noſtra opinione deciſa eſt dum rationibûs ſolidîs jam probatum eſt cælum propriè ſumptum eſſe *expanſam* illud, de qvo lis eſt: ex veris itaq; & ſatis probatis *præmiſſis* veram inferri neceſſe eſt *concluſionem*? Hanc verô aqvarum per firmamentum diviſionem ſatis bene ſimili qvôdam illuſtrat Muſculus in Comm: in Gen: comparans expanſum cum *ſepe* qvæ dividit hortus dextram partem a *ſiniſtra*: qvæ eadem ratio eſt etiam *cœli & aqvarum ſuperiorum & inferiorum*, qvarum una pars aqvè exiſtit ac altera. Non verò diffitemur, ſed ingenuè fatemur nos ſcripturæ ſubſidiô deſtitutos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

hic nihil poſſe, nullasq; valere rationes aliunde petitas, qvippe qvæ eâdem qvâ *adſtruntur* facilitate, *deſtrui* qvoq; poterant, ſed Chriſticolæ meliora edocti ſ: literis fidem adhibent ſiqvidem illis nefas eſt minus tribuere qvàm ſuo Magiſtro olim Philoſophi Diſcipuli tribuerunt qvibus Herculeum & apodicticum fuit argumentum *ἀυτὸς ἔφα*. Argumenta verò & momenta, qvibûs contrariè ſententes ſuam opinionem adſtuere ſatagunt ex triplici loco deſumunt nimirum, qvod earum 1. *non ſit locus naturalis*, 2. *nullus uſus*, & 3. *nullus finis*. α Mirum in modum impugnant aqvas ſupracœleſtes nonnulli propterea qvòd non conſtitutæ ſint in loco ſuo naturali, ut videre eſt apud Mari: ſup: Gen: Sed ut apparet *ignorationem* committunt *Elenchi* non diſtingvendo inter naturam in *conſtitutione* & poſt *conſtitutionem* conſiderata, in qvam ſententiam rectè Auguſtinus l: 26. *Id*; inqvit, *cuiq; naturale eſt qvod ille fecerit, a qvo eſt omnis modus numerus & ordo naturæ*, qvod etiam Bonaventura graphicè teſtatur l: 3. ſent: is *locus cuiq; rei eſt naturalis, qvi ei in prima creatione a Deo deſignatus eſt*; ergò ſi in prima diviſione aqvarum qvædam poſitæ ſint ſupra firmamentum qvædam' infra illud, ita naturale eſt illis eſſe ſupra firmamentum ſicut iſtis eſſe infra. Certum qvidem eſt in natura jam *conſtituta*, qvod grave eſt, ad centrum ferri & deſcendere, ſed in prima creatione & *conſtitutione* φύσεως alia fuit ratio, qvid? qvod regerimus per ἔνστασιν hôc modô nec nubes nec pluvias dari, qvia eorum nec eſt locus naturalis. β. De uſu multi multa diſputant ſed qvæ nugis ferè ſimillima ſunt: alii enim ut Corn: a lap: *ad voluptatem Sanctorum* creatas illas eſſe ſtatuunt, ut aqvis his cryſtallinis & variegatis oculi eorum paſcerentur, aqvæ enim omnis formæ, decoris & ornatus ſunt capaciſſimæ: Sed πρῶτον ψεύδος in eo conſiſtit qvod Sanctos in cœlo *empyræo*, ſeu qvod idem eſt *nullibi* conſtituant, qvippe cœlum *Em-*

pyræ-

pyræum nihil eſt niſi commentum qvoddam otioſi cujusdam cerebelli, non ſecus ac iſte *uſus aqvarum ſupracœleſtium*: alii ipſis hunc uſum deſignant, ut, refrigerent exſtingvantq; calorem & ardorem ſolis ſtellarumq; ſed qvæ ſententia labili & ferè nullâ nixa ratione facilè corruit. γ. *Finis* earum cum *uſu* plerumq; coincidit, tamen non unum finem omnes ſupponunt inprimis verò eum in finem ibi aqvas Deum conſtituiſſe aſſerunt, ut autor eſt Epiphan: in ep: ad Johan:, *ut illis in univerſali cataclysmo tanqvam inſtrumentô iræ ſuæ ad delendum univerſum orbem uteretur*. Sed qvænam inde ſeqveretur abſurditas? non ſanè ſimplex: tunc enim concludere licet factam eſſe aliqvam expanſi rupturam, qvæ tamen nullâ ratione poteſt ſtatui, prætereaq; nunc non amplius exiſtere aqvas ſupracœleſtes, qvod omnino diſſonum. De fine itaq; earum & uſu concludimus cum Mendoza Diſp: 3. *Rogas cui fini aqvæ ibi ſerviunt qvid me rogis? roga illum qvi eas illic eſſe voluit*. Nihil itaq; remanet difficultatis, nec qvicqvam eſt, qvod impedit, qvò minus *Scripturæ Auctoritate* freti *aqvas ſupracœleſtes* revera ſtatuamus, cum nec contraria argumenta tanti ſunt momenti, ut noſtram infringant ſeu evertant ſententiam, qvin *Cœlum* maneat illud *expanſum*, & *aqvæ* revera ſupra illud poſitæ ſint, de qvibus cum ſatis dictum arbitremur ad ſeqventia acceſſum *Deô bonô* facimus.

Problema Secundum.

STabilitâ his rationibûs aqvarum ſupracœleſtium *exiſtentiâ*, reſtat ut qvòq; *eſſentiam* earum enucleemus demonſtrando earundem veram *qvidditatem aut qvalitatem*, qvod fiet partim noſtrum adſtruendo ſententiam tanqvam veritati omnino conformem *qvod poſtea patebit* partim aliorum *deſtruendo* opiniones a veritate plùs qvàm totò abberrantes cœlò. Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

primò qvidem qvò eſſentiam meliùs declaremus, noſtræ ſententiæ hæc erunt *munimenta & fundamenta*, α diſerta Moſis verba, qvæ ita ſe habent וַיְהִי מַבְדִּיל בֵּין מַיִם לָמָיִם β argumenta inde eruenda & conficienda, *qvibus probetur illas aqvas & eſſe veras & noſtris qva in globo terraqveo continentur analogas & homogeneas*. Siqvidem enim illæ aqvæ, qvæ per cœlum tanqvam pari: *intergerinum* juſſu ſupremi numinis diviſæ ſunt alterâ parte ſupra alterâ infra expanſum ſuum ſitum & locum obtinente, principiò fuerê inter ſe mixtæ ejusdem *naturæ* & *materiæ*, nec illarum aliqva aut qvoad *ſubſtantiam*, aut qvoad *qvalitates* & *accidentia* differentia notetur, omnino etiam tam certum erit qvàm qvòd certiſſimum utrumq; aqvarum genus etiamnum eſſe ejusdem naturæ, illa enim qvæ facta eſt diviſio *locum* illarum ſolummodo mutavit, non verò *naturam*. Et ut ſimili utar ante a Muſculo petitô qvomodo *ſepes* in medio hortus poſita impedire poteſt, qvin una hortis pars alteri ſit homgenea? eademq; hic valet ratio: *de ſimilibus ſimile ferendum erit judicium*. Annotant qvidem Ebræi, diſcrimen rerum *naturâ ſ: naturaliter* differentium ſignificari & indicari *voculâ ſ: particula* בין qvando, aut illam ſeqvitur præfixum ל, ut hoc locô, aut duo בין ſe invicem ſeqvuntur ut *verſu ſeqventi*, unde etiam concludunt *aliam naturam aqvarum ſupra atq; infra expanſum ſitarum*, ut habet Marloratus; at verò præterqvam qvòd nondum probatum ſit omnibus qvibus hæc vox adhibetur, locis eandèm eſſe ſignificationem, ſufficit qvod hôc locô aliter uſur patur cùm tamen de *variatione* naturæ per diviſionem nulla fiat mentio. Largimur libenter eas eſſe, *naturaliter* diſtinctas non verò qvod differant ſpecie a noſtris aqvis. Sic *terminus limitaneus* duos *agros* a ſe invicem dividere & diſtingvere poteſt, qvi tamen poſunt eſſe ejusdem naturæ, & ſibi analogi ſ: homogenei; ſiqvidem enim nulla nos cogit neceſſitas, minus

nec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

neceſſarium ducitur ut admittatur *homonymia* in τ aqva, qvæ ſtatueretur, ſi diverſæ ſpecies eſſent. Ineptè ergo etiam concludit Malvenda *potiorem tenuiorem & puriorem partem aqvarum in ſuprema, craſſiorem verô & ſeqviorem in infima locari regione*, metaphorâ & ſimilitudine deſumptâ ab aliis liqvoribus, qvorum pingvior & melior pars ſemper ſuperiora petit vel vi Elaſticâ, vel calore ignis ut in *diſtillationibus* apparet. Hôc modô diverſæ forent aqvæ ſupracœleſtes a noſtris, ſed qvis ipſi talem *extractionem* & *ſegregationem* revelavit? ſatius eſt tacente ſcripturâ talia non fingere miracula Adhuc nec qvicqvid aut rationis aut valoris arenoſa hæc ſententia habet, adeoq; nec multi æſtimanda. Sat verò ſolida argumenta ſunt qvæ noſtræ favent ſententiæ. Ita ſi *auctoritatibus* pugnandum erit, ſuppeditatur nobis *conſenſus* communis multorum *Patrum*, *Auguſtini*, *Chryſoſtomi*, aliorumq; non infimi ſubſellii virorum *Lippomanni*, *Molinæ*, & noſtratium *Theologorum* fere omnium, qvum tamen non tam *auctoritatibus* eorum qvam *rationibus* noſtram incruſtare ſententiam animus ſit. Qvoniam ita κατὰ θέσιν qvid ſint *aqvæ ſupracœleſtes* declaravimus, idem κατ᾽ ἄρσιν qvoq; perſeqvemur. Et *primò* qvidem ſe offert Origenes in ipſis *allegoriam* qværens qvaſi per aqvas ſupracœleſtes *Angeli boni* per inferiores verô *mali* intelligendi eſſent, huic vero reponimus, *allegorias non eſſe argumentativas*, & qvid hoc aliud eſt, qvàm ſenſum Scripturæ inferre, qvod a bono *interprete* alienum erit. Deinde ſuos etiam hæc ſententia *qvod nubes ſint aqvæ illæ ſupernæ*, invenit fautores, ſed minùs accuratos qvum enim Moſes loqvitur de hac aqvarum *diviſione* & *ſeparatione* nubes nondum extitère ſed poſtea creatæ ſunt, *ut colligi poteſt ex v 5. capitis ſecundi*: deinde non rectè dici poſſunt nubes *aqvæ ſuperiores*, qvum ex *inferioribus*, qvibus originem debent extractæ ſint, nihil enim aliud ſunt, qvàm *vapores per aërem diſperſi*

ſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

ſi & dilatati, qvi aſcendunt ad ſupremum aeris regionem; ñec illæ ſunt ſupra cœlum ſ: firmamentum. Poſitô namq; minimè tamen conceſſô, aërem eſſe illud *expanſum* non tamen *nubes* locum ſuum habent *ſupra* aërem, ſed *in* illo qvæ etiam ratio eſt, qvod multo minùs a uctore Pererio aqvæ ſupracœleſtes explicari poſſint per *meteora ſc: aqvea* qvippe in aëris regionibus poſita, & omnia ex vaporibus orta, *qvi qvidem prope terram coacti & condenſati nebulam, in ſupremam verò aëris regionem aſcendentes nubem gignunt, in guttulas aqvæ condenſati & decidentes pluviam & nocturnô frigore condenſati rorem producunt, qvando in inferiori aëris regione obriguere pruinam & in ſuperiore nubem conſtituunt, qvæ ubi primò ſolvitur & iterum congelatur ſit grando, ut acurate* explicat celeberr: Barthol: *ſum: Ph: Nat:* Ita omnia *meteora* ex aqvis hiſce inferioribus primò *generantur*, & in easdem demum *reſolvuntur.* Et ſi hæc ratio valeret ut aqvæ *aereæ* intelligerentur ſuperflua foret & inutilis illa diſtinctio, qvam Sacta Scriptura aliis locis nominatim adhibet inter aqvas *ſuperiores* & *inferiores* ut Dan: 3, Pſ: 148. Nihil hic dicemus de ſententia Lyrani & aliorum, qvod illæ noſtræ aqvæ ſint cœlum *Chriſtallinum*, cùm ſic nullæ eſſent, ſed tantum figmentum. Vela itaq; contrahimus reliqva reliqvis acuratioribus & maturioris judidici reliqventes, nos tantûm ex immenſa meſſe pauculas collegimus ſpicas veniam ſperantes, ſi partibus noſtris in omnibus non ritè defuncti ſimus, qvoniam nemo ignorat per *gradus* non *ſaltus* Parnaſſum conſcendi. *Deo laudes & grata pectora offerimus hôc votô clauſulam facientes ut aqvîs voluptatum ſupra cœlos cælorum impleamini in æternum*

Tantum,

De-

Decas Theſium miſcellanearum.

I. Judæi qvorum mores ſeqvuti ſunt populi *Orientales* pleriq; *Ægyptii Aſſyriiq;* laceratâ veſte aut cœnò cineribusq; ingentem teſtati ſunt dolorem, qvòd verò mortuos eodem habitu luxerint non æqvè liqvidum eſt.

II. Mercurium, qvem Ægyptios artem ſcribendi a ſe inventam edocuiſſe Euſebius tradit l: 1. præp: Evang: Moſen tuſſie qvem Juſtinus Martyr vetuſtiſſimum Scriptorem dicit, veritati omnino videtur conſentaneum.

III. Papyrus ſacris voluminibus deſtinata olim hieratica dicta, eſt teſte Plinio l: 13. c. 12. denominatione ſumpta a literatura Ægyptiorum, qvæ duplex, hieroglyphica & hieratica.

IV. Sarraceni, qvi ſe profapiam ex Iſmaele ducere gloriantur fruſtra nomines ſui ἔτυμον ſaram conſtituunt, cùm radix ſit סרק furatus eſt.

V. Columnæ, qvas Sethum conſtituiſſe alteram lapideam alteram laterariam Joſephus in antiqvitatibus cætera digniſſimus fide memorat, cùm illarum in Sacris nullum appareat veſtigium, non facilè fidem merentur.

VI. Facilè ſubſcribo ſententiæ Joſephi, qvi l: 6. de bello ſuo: in ſummo inqvit, templum aureîs verubus horrebat acutiſſimis, ne ab inſidentibus avibus pollueretur.

VII. Adeoq; Servatorem in iſtis pinnaculis a Tentatore poſitum haud abſurdum eſt.

VIII. Tres illos Ebræos Juvenes. qvos Joſeph: l: 11. antiqv: narrat. Darii ſatelles, Sidrach, Meſach & Abednego fuiſſe probabile eſt eoq; magis qvod ipſis, ut cæteris Re-

gils

giis ſatellitibus ex regalis menſæ reliqviis cibaria Rex præſtari juſit, Dan: 1. & poſt factum pietatis periculum ipſos magnis rebus præfecit D: 4.

IX. Non improbabilis videtur ſententia eorum, qvi Melchiſedechum Semum fuisſe ſtatuunt.

X. Ut disſidium tollatur Cronologorum duplicem ſtatuunt Abrahami exitum ex urbe Haran.

ΕΠΙΦΟRΗΜΑΤΑ DEFENDENTIS.

1.

NOmen tetragrammaton יְהוָה pronunciare nulla eſt religio.

2.

Jucundum φαινόμενον merè malum eſt.

3.

Jucundum non poteſt eſſe violèntum.

4.

Nullum ens poteſt redigi in nihilum.

5.

Communis entis conceptus non eſt analogus ſed univocus.

6.

In una re una tantum eſt forma, ſed multæ formalitates.

7.

Prædicationes Logicæ non poſſunt formaliter appli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

plicari ad propoſitiones Myſticas & Theologicas.

8.

Copula Eſt nullum alium tropum qvam ironiam conſtituit.

9.

In tempore mundus dicitur creatus ſed minùs accurate.

10.

Ecclipſis ſolaris non datur citra mentis fictionem.

Ingenioſiſſimo & pereximio defendenti

PETRO FALENCAMP,

Non tam more qvam fraternô amore
ductus applaudit
HENRICHUS KLEIN.

QVid juvat in *campos* herbas afferre ſuperbas,
Qvid *floræ flores* ſuppeditare? *Nihil.*
Qvid juvat & *laudem laudi decus* atq; *decori*
Attribuiſſe? nihil: ſplendet ubiq; *decus.*
Qvid fingam *laudes*? te doctus *laudat* Apollo
Approbat ingenium docta *Minerva* tuum.
Pulpita dum *ſcandis*, *conſcendis* culmen honoris;
Addita dum *pandis*, *pandit* Apollo decus.
Auſus es Aoniô frater deſcendere *campô*,
Das oris *flores floride campe* tuos.
Sic age Caſtalidum cultor ſic excole *campum*
Virtutis, *virtus* floreat inde tibi.
Perge rogo, *Flores* in te tua *florida* Chloris
Spargat & imponat *florida* ſerta tibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

Ingenioſiſſimo & literatiſſimo
Defendenti
Amico in paucis chariſſimo

Ecce roſas profert, en flores *campus* amœnos
Bruma ſuos fructus diſſimulare neqvit,
Pilea porrexit tibi *libertatis Apollo*,
Præmia virtutū docta *Cathedra* feret,
Non tua venatur virtus ſuffragia Plebis
Sat ſibi per ſeſe conſulit atq; cavet.
Macte, *Falencampi*, cole nec deſiſte rigare
Ingenii *campum*: ſingula fauſta precor.

Sic carmine extemporali applaudit
Henricus Hierildius.

Ornatiſſimo & amiciſſimo
Defendenti,

Terræ natus humi maneat, lentæq; vacunæ
Aſſecla: *ſic omnis gloria ſordet iis*
Qvæ verò *ſuper aſtra* petis, proclivia juga
Scandere Parnaſſi ſola cupido tui.
Sic penetrare poli video *ſublimia* mentem
Petri, & ſcrutari qvas ibi vidit aqvas.
Certatum in *campum* deſcendis, non *cadis* autem
Namq; *FALENCAMPI*, victor abibis ovans
Perge qvòd ingreſſus ſtadium, *ſublime* petendo
Et tibi non deſit *Gloria, fama, favor*-
ita grarulatur
Præſes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00796 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 796